

pro papa in Romana ecclesia, sic filius Mauricium quendam uilem^a personam, quondam Bacharensem Hispanie archiepiscopum, idolum in eadem ecclesia Rom(ana) quibusdam sacrilegis Romanis consentientibus ponere non erubuit. Unde ualde gauisi sumus, quod tandem eius dolus omnibus innotuit et ad cumulum eius destructionis, quod diu in corde facere deliberauit, nequiter perfecit. Ergo, dilectissimi fratres, hortamur uos per gratiam Dei, ut nullus more firmę columnę titubet, sed firm[iter] in defensione sanctę ecclesię perseueret, quia sicut pro certo audiuius, dominus Iohannes factus summus pontifex nobiscum laborat et in fide catholica perseuerat^b.

a) nilem.

b) Korr. zu 'perseueret'.
